

fratres ejus (Jehielis) erant super thesauros. Ipsum pariter Jehieleum custodem fuisse thesauri, legitur inferius, c. 29, v. 8.

VERS. 23. — AMRAMITIS, ET ISAAITIS, etc. His pariter servarii custodia credita erat. Caath filius Levi, liberis genuit Amramum, Isaarum, Hebronem et Ozielm, principes familiarum, de quibus hic.

VERS. 24. — SUBAEL FILIUS GERSON, FILII MOYSI. Subael & Gersone genitore nasci non potuit; nimis enim longo intervallo Moyses à Davide distat. Erat igitur Subael unus è posteris Gersonis.

VERS. 25. — FRATER QUOQUE EIUS ELIEZER, CUIUS FILIUS RAHADA. Eliezero, fratri Gersonis, filii Moysis, filius erat Rahabia, ex quo originem referebat Selemith, prepositus thesauris, quos è spoliis victorum hostium David, regesque ceteri templo consecraverunt, v. 26.

VERS. 27. — DE BELLS ET MANIBUS PRELORUM, QUAE CONSECRAVERANT AD INSTAURATIONEM, ET SUPPLEMENTUM TEMPLI. Concisus Hebraeus: De bellis, et de spoliis, quod consecraverant, ad roborandum domum Domini. Septuaginta: Τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν ἐπιδομάτων τῶν ἐκ τῶν ἐχθρῶν. Quae consecraverant, ut non deficeret aedificatio domus Dei. Haec manubiae in templi aedificatione insumptae fuisse non videntur, cum diu post Salomonem monumenta haec pietatis principum et supremorum ducum adhuc superessent. Joiada Levitas instruit armis, quae David consecraverat 4 Reg. 11, 40. Religionem Davidis reges Juda ejus successores imitati sunt. Salomon clypeos aureos consecravit in templo, quorum loco Roboam ejus filius aeneos auratos substituit, 3 Reg. 14, 26, 27. Joramus et Ochozias reges Juda, eorumque majores paria munera in templo dedicaverant quae Joas coactus subduxit, ut Hazaël Syriae regi traderet, 4 Reg. 12, 18. Athalia numeribus hisce omnibus templo expoliato, fanum Baalis ornavit, 4 Paral. 24, 7. Tradidimus alias veterem militum morem, consecrandi scilicet Deo ex hostilibus spoliis optima. Colebant Romani Jovem praedatorem, quod ait Servius (1), pars praedae illi consecraretur:

*Jovis ferre, et divos, ipsumque vocamus*

*In praedam partemque Jovem.*

Marti largiebantur saepe Galli partem manubiarum; saepe etiam praeco decertatum certatum (1) Serv. in Aedoid. 5: « Romani bella gesturi, de parte praedae aliquid numinibus pollicebantur, unde Romae templum fuit Jovis Praedatoris, non quod praesit praedae, sed quia ex praedae aliquid ei dabatur. »

vovebant amplissima, ut deorum operam sibi promerent, auctore Jul. Caesare, Comment. lib. 6. Voverant Crononiatæ Apollini decimas manubiarum, si praeco vicissent; Locreuses vicissim eorum hostes victoriam deprecari sunt, partem nonam spondentes. (Vid. Just. lib. 20.) Galli aureo torque se donaturos Martem promiserant; sed Romanorum imperator Flaminius, tradente Plutarcho, hostium religionem superaturus, tropaeum è torquibus Gallorum statuit. (1)

VERS. 29. — AD OPERA FORINSECCUM SUPER ISRAEL, AD DOCENDUM ET JUDICANDUM EOS. Judes est hic aliud praefectorum leviticorum; Judices enim erant constituti, qui lites definirent, doctores qui docerent, curatores qui praesentat iis omnibus quae ad Deum et regem pertinebant. Ex dissertatione de politia Hebraeorum manifestum est, sacerdotes et Levitas praecipuum fuisse juris dicendi ministros apud He-

(1) VERS. 28. — *Le prophète Samuël consacra toutes ces choses, aussi bien que Saül, fils d. Cis, Amér, fils de Ner, et Joub, fils de Surin; tous ceux qui offraient quelque chose les mettaient entre les mains de Sélemith et de ses frères, etc. Ces paroles ne marquent pas que Samuël ait consacré tout ce que David avait offert de ses différentes victoires, puisque Samuël était mort alors. Mais le sens de ce passage est que chacun de ceux qui sont nommés en ce lieu, réserve quelque partie des dépouilles des ennemis qu'il avait vaincus, pour la destiner à l'usage du tabernacle ou du temple qu'on devait bâtir ensuite, savoir Samuël en son temps, Saül au sien, et ainsi des autres. Car Samuël fut un des juges d'Israël. Payant gouverné sous la conduite de Dieu jusqu'à ce que ce peuple lui demanda à avoir un roi comme les autres nations.*

Or, cette conduite des juges et des princes d'Israël, qui offraient ainsi une partie des dépouilles de leurs ennemis à la gloire du Seigneur, et qui attestaient par là hautement qu'ils se sentaient redevables de leurs victoires à sa bonté, est représentée dans les livres saints, pour servir, comme dit saint Paul, à l'instruction de tous les fidèles. Elle pouvait bien avoir pour fondement l'exemple du saint patriarche Abraham, qui après avoir défait plusieurs rois, offrit, selon la remarque du même Apôtre, à Melchisédech, roi de Salem et prêtre du Dieu très-haut, la dîme de tout ce qu'il avait pris. Mais elle apprend à tous ceux que Dieu rend victorieux des ennemis de leur salut, ou en général des ennemis de l'Eglise, à reconnaître, par un hommage semblable, que c'est un Seigneur suprême qu'appartient la gloire de leurs victoires; qu'ils n'en ont été que les faibles instruments, et que c'est le vent bien qu'ils ne lui offrent qu'une partie des biens de ce monde, pour marquer qu'ils le tiennent de lui seul. Il les oblige de se donner eux-mêmes tout entiers à lui, sans aucun partage. (Sacy.)

braeos; cuius rei alia dedimus argumenta supra, 25, 4. Exhibentur ibi sex millia tum judicum, tum ministrorum sub iudicibus; hic verò recensentur mille septingenti è familiâ Hasabiae, et his mille septingenti è familiâ Jeriae. Geminae huic familiae sua erat hereditas trans Jordanem, docendis iudicandisque tribubus Ruben, Gad et dimidia Manasse destinatae. Alii in eam rem electi erant proportionem eis Jordanem. Credibile est autem, id muneris demandatum fuisse familiis Isaari et Ozielis, filiorum Amrami, quorum erat sors cis annem; neque enim versibus 30, 31, census nisi filiorum Hebronis describitur. Ita verò reddi potest versus 29, ad litteram: Praeant operis forinsecum soterim et iudicibus. Nomen soterim reddi solet praecones, apparitores, lictores; sed latiori sensu, et multo etiam digniori, accipiendum arbitror. Solent illi, antequam ipsi iudices, numerari; atque inferius, c. 27, v. 1, inter praefectos custodum Davidis exhibentur.

VERS. 30. — DE HERONITIS HASABIAS.... PRAEANT ISRAELI TRANS JORDANEM CONTRA OCCIDENTEM. Hebron ex Amramo natus, posteros habebat in parte occidentali regionis transjordanicae.

#### CAPUT XXVII.

1. Filii autem Israel secundum numerum suum, principes familiarum, tribuni, et centuriones, et praefecti qui ministrabant regi juxta turmas suas, ingredientes et egredientes per singulos menses in anno, viginti quatuor millibus singuli praerant.

2. Primae turmae in primo mense Jesboam praerat filius Zabdiel, et sub eo viginti quatuor millia.

3. De filiis Phares, princeps eunetorum principum in exercitu mense primo.

4. Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahoites, et post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti quatuor millium.

5. Dux quoque turmae tertiae in mense tertio, erat Banaias filius Joiadae sacerdos: et in divisione sua viginti quatuor millia.

6. Ipse est Banaias fortissimus inter turmas ipsius Amizabad filius ejus.

7. Quartus, mense quarto, Asahel fra-

danias diffusus. Scitum est, tractum illud regionis, quem occupabant tribus Ruben, Gad et Manasse, appellari consuevisse regionem transjordanicam ad orientem, cum illi comparatur regio ad occidentem amnis, tribuum caeterarum sedes. Sed regio trans annem, utraque parte sua considerata, distingui potest in occidentalem et orientalem. Occidentalis, quae secundum Jordanem porrigebatur, parebat familiæ Hasabiae; orientalis verò subjecta montibus Galaad, et propè Arnon, parebat familiæ Jeriae. Vertunt quidam Hebraeum: *Hasabias et fratres ejus imperabant regioni ad occidentem, et cis annem*. Praepositio *regi pro cis et trans* indiscriminatim usurpatur.

IN CUNCTIS OPERIBUS DOMINI, ET IN MINISTERIUM REGIS. Cùm Levitae constituti essent iudices et juris administri, munus illorum ita definiendum est, ut jus dicerent inter discrepantes, tum in iis quae ad religionem, tum etiam in iis quae ad politiam pertinent. Censet Grotius, praefuisse illos opificibus, ligna lapidesque in usum templi parantibus, ac vectigalia regis nomine exegisse.

#### CHAPITRE XXVII.

1. Et le nombre des enfans d'Israël qui entraient en service par troupes pour la garde du roi, et qu'on relevait tous les mois de l'année, suivant le partage qu'on en avait fait, était de vingt-quatre mille hommes à chaque fois; chaque troupe ayant ses chefs de familles, ses tribuns, ses centeniers et ses préfets.

2. La première troupe qui entra en service au premier mois, était commandée par Jesboam; fils de Zabdiel, qui avait vingt-quatre mille hommes sous lui.

3. Il était de la maison de Pharès, et le premier entre tous les princes commandant au premier mois.

4. Dudia, qui était d'Ahoï, commandait les troupes du second mois; et il avait sous lui Macelloth, qui commandait une partie de cette armée, laquelle était de vingt-quatre mille hommes.

5. Le chef de la troisième troupe était Banaïas, prêtre, fils de Joiada; et il avait sous lui vingt-quatre mille hommes.

6. C'est ce même Banaïas qui était le plus courageux d'entre les trente, et les surpassait tous. Son fils Amizabad commandait la troupe sous lui.

7. Le quatrième général pour les troupes

ter Joab, et Zabadias filius ejus post eum: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

8. Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Jezerites: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

9. Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Theeites: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

10. Septimus, mense septimo, Helles Phallonites de filiis Ephraim: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

11. Octavus, mense octavo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

12. Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites de filiis Jemini: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

13. Decimus, mense decimo, Marai, et ipse Netophathites de stirpe Zarai: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

14. Undecimus, mense undecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephraim: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

15. Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Netophathites, de stirpe Gothoniël: et in turmâ ejus viginti quatuor millia.

16. Porrò tribubus præerant Israel, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maaeha:

17. Levitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc:

18. Juda, Eliu frater David, Issachar, Amri filius Michael:

19. Zabulonitis, Jesmaïas filius Abdiæ: Nephthalitibus, Jerimoth filius Ozriel:

20. Filiis Ephraim, Osee filius Ozazi; dimidiæ tribui Manasse, Joel filius Phadaïa.

21. Et dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Jaddo filius Zacharie; Benjamin autem, Jasiel filius Abner;

22. Dan verò, Ezrihel filius Jeroham: hi principes filiorum Israel.

23. Noluit autem David numerare eos à viginti annis inferius, quia dixerat Do-

du quatrième mois était Asahel, frère de Joab; et Zabadias, son fils, commandait après lui. Le nombre de ses troupes était de vingt-quatre mille hommes.

8. Le cinquième chef pour le cinquième mois était Samaoth de Jezer; et son armée était de vingt-quatre mille hommes.

9. Le sixième pour le sixième mois était Hira, fils d'Accès, de la ville de Théua; et il avait vingt-quatre mille hommes dans ses troupes.

10. Le septième pour le septième mois était Helles de Phallon, de la tribu d'Ephraïm; son armée était de vingt-quatre mille hommes.

11. Le huitième pour le huitième mois était Sobochai de Husathi, de la race de Zarahi, qui avait vingt-quatre mille hommes sous lui.

12. Le neuvième pour le neuvième mois était Abiézer d'Anathoth, des enfants de Jémini, qui commandait vingt-quatre mille hommes.

13. Le dixième pour le dixième mois était Marai, de Nétophath, qui descendait de Zarai; il avait vingt-quatre mille hommes sous lui.

14. Le onzième pour le onzième mois était Banaias de Pharaton, de la tribu d'Ephraïm, dont les troupes faisaient vingt-quatre mille hommes.

15. Le douzième pour le douzième mois était Holdai de Nétophath, lequel descendait de Gothoniël, et ses troupes étaient de vingt-quatre mille hommes.

16. Or les premiers de chaque tribu d'Israël étaient ceux-ci: Dans celle de Ruben, Eliézer, fils de Zechri; dans celle de Siméon, Saphatias, fils de Maaeha;

17. Dans celle de Lévi, Hasabias, fils de Camuel; dans la branche d'Aaron, Sadoc.

18. Dans la tribu de Juda, Eliu, frère de David; dans celle d'Issachar, Amri, fils de Michael;

19. Dans celle de Zabulon, Jesmaïas, fils d'Abdiâ; dans celle de Nephthali, Jérimoth, fils d'Ozriel.

20. Dans celle d'Ephraïm, Osee, fils d'Ozazi; dans la demi-tribu de Manassé, Joel, fils de Phadaïa;

21. Et dans la moitié de la tribu de Manassé en Galaad, Jaddo, fils de Zacharie. Dans la tribu de Benjamin, Jasiel, fils d'Abner;

22. Dans celle de Dan, Ezrihel, fils de Jéroram. Voilà ceux qui étaient les premiers parmi les enfants d'Israël.

23. Or David ne voulut point compter ceux

minus ut multiplicaret Israel quasi stellas cœli.

24. Joab filius Sarviæ cœperat numerare, nec complevit, quia super hoc ira irruerat in Israel; et ideicò numerus eorum qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis David.

25. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel; his autem thesauris qui erant in urbibus, et in vicis et in turribus, præsidebat Jonathan filius Ozix.

26. Operi autem rustico, et agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub;

27. Vinearumque cultoribus, Semeias Romathites; cellis autem vinariis, Zabdiâs Aphonites.

28. Nam super oliveta et ficeta, quæ erant in campestribus, Balanan Gederites; super apothecas autem olei, Joas.

29. Porrò armentis, quæ pascabantur in Saron, præpositus fuit Setrai Saronites; et super boves in vallibus, Saphat filius Adli;

30. Super camelos verò Ubil Ismahelites: et super asinos, Jadias Meronathites;

31. Super oves quoque, Jaziz Agareus: omnes hi, principes substantiæ regis David.

32. Jonathan autem patruus David consiliarius, vir prudens et litteratus; ipse et Jahiel filius Hachamoni erant cum filiis regis.

33. Achitophel etiam consiliarius regis, et Chusai Arachites amicus regis.

34. Post Achitophel fuit Joiada filius Banaïx, et Abiathar; princeps autem exercitûs regis erat Joab.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PRINCIPES FAMILIARUM, TRIBUNI, ET CENTURIONIS, ET PRÆFECTI, QUI MINISTRABANT REGI JUXTA TURMAS SUAS... PER SINGULOS MENSES IN ANNO, VIGINTI QUATOR MILLIBUS SINGULI PRÆERANT (1). CENSUS hic est alius planè à præ-

(1) Or, le nombre des enfants d'Israël qui entraient successivement par troupes au service du roi, et qu'on relevait tous les mois, suivant le partage qu'on en avait fait, était de vingt-quatre mille hommes à chaque fois, etc. Après que

qui étaient au dessous de vingt ans, parce que le Seigneur avait dit qu'il multiplierait Israël comme les étoiles du ciel.

24. Joab, fils de Sarvia, avait commencé de faire le dénombrement; mais il ne l'acheva pas, parce que cette entreprise avait attiré la colère de Dieu sur Israël, et c'est pour cela que le nombre de ceux qu'on avait déjà comptés n'est pas écrit dans les fastes du roi David.

25. Le surintendant des finances du roi était Azmoth, fils d'Adiel; mais l'intendant des revenus particuliers des villes, des villages et des châteaux, était Jonathan, fils d'Ozias.

26. Ezri, fils de Chelub, avait la conduite du travail de la campagne, et des laboureurs qui cultivaient la terre.

27. Séméias de Romathi avait l'autorité sur ceux qui travaillaient aux vignes; Zabdiâs d'Aphoni, sur les caves et sur les celliers;

28. Balanan de Géder, sur les oliviers et les figuiers de la campagne; et Joas sur les magasins d'huile.

29. Sétrai le Saronite était préposé sur les troupeaux que l'on faisait paître sur la montagne de Saron; et Saphat, fils d'Adli, l'était sur les bœufs qu'on nourrissait dans les vallées.

30. Mais Ubil, Ismaélite, avait la charge des chameaux; Jadias de Méronath, celle des ânes;

31. Et Jaziz, Agaréen, celle des brebis. Tous ceux-là avaient l'intendance sur les biens du roi David.

32. Mais Jonathan, oncle de David, qui était un homme sage et savant, était un de ses conseillers; lui et Jahiel, fils d'Achamoni, étaient près des enfants du roi.

33. Achitophel était aussi du conseil du roi; et Chusai, Arachite, était son favori.

34. Joiada, fils de Banaïa, et Abiathar, étaient après Achitophel. Mais Joab était le généralissime de l'armée du roi.

dentibus. Expensus est hucusque ordo sacerdotum et Levitarum, tum in templi ministerio, David s'est appliqué à régler ce qui regardait le service de la maison du Seigneur, il songe à régler ce qui regarde la sienne. Et l'Écriture nous fait voir ici en peu de mots une image raccourcie de la grandeur et de la puissance dont il avait plu à Dieu de combler ce prince, comme pour récompenser des cette vie l'honneur qu'il faisait paraître pour relever sa divine gloire aux yeux de tous ses sujets. Car

tum in exteriori régimne. Politicam prorsus hic legimus distributionem in commodum et obsequium unius regis. Levitarum distributio facta est tantummodo anno vitæ Davidis po-

on peut juger par ce seul endroit combien David surpassait tous les autres rois du monde en grandeur et en puissance, puisque le nombre des soldats destinés à le garder se montait à près de trois cent mille hommes. Mais sa sagesse toute pleine de bonté éclatait autant que sa puissance dans ce règlement qu'il fit au sujet de ceux qu'il choisit pour être employés à la garde de sa personne sacrée. Un roi aussi respecté et aimé de ses sujets qu'était David, et redouté également de ses ennemis, n'avait pas besoin sans doute de ce nombre si prodigieux de gardes, afin d'être en sûreté. L'affection de son peuple et la protection toute-puissante du Dieu d'Israël lui tenaient lieu d'un bouclier invincible contre tous ses ennemis, et laissant aux infidèles, comme il dit lui-même, la vaine confiance qu'ils avaient dans leurs chariots et dans leurs chevaux, il mettait pour lui principalement sa force dans le nom de Dieu, qu'il invoquait. Mais il était de la sagesse consommée de ce grand roi, et de la bonté paternelle de ce vrai père de la patrie, de connaître ses sujets, et d'être aussi connu d'eux; de les empêcher de tomber dans une molle oisiveté, qui est la mère de tous les vices, et de les tenir toujours pour cela dans l'exercice et la discipline militaire; d'inspirer à ses ennemis la frayeur d'un peuple consacré à Dieu, en leur faisant voir qu'il était toujours préparé au combat; et d'user enfin des moyens les plus propres à ce dessein, et qui fussent en même temps le moins à charge à ceux qu'il aimait comme ses enfants.

Quoiqu'il eût donc toujours vingt-quatre mille hommes dans ses gardes, il y établit cet ordre admirable, qu'ils se relevaient de mois en mois, en sorte que chaque tribu servait à son tour. Ainsi un homme pouvant aisément s'absenter de sa maison pendant un mois, nul n'était incommodé d'un tel service; tous, au contraire, s'y portaient avec ardeur par la joie qu'ils ressentaient de garder leur prince et d'être connus de lui; et ainsi le peuple et les grands devenant très-aguerriés, formaient en tout temps une armée très-redoutable de près de trois cent mille hommes, accoutumés à porter les armes pour la garde de leur prince et de leur patrie, et attachés particulièrement à son service.

Qui ne considérera qu'humainement cette conduite du roi David, y trouvera tous les caractères d'un prince éclairé, grand politique, et vrai père de ses sujets. Mais si l'on veut regarder ce prince comme l'image de notre divin David, né, selon la chair, de son sang royal, on y trouvera encore quelque chose de plus relevé et de plus digne de la majesté de celui qu'il figurait. Car ces vingt-quatre mille hommes de chaque tribu, tous aguerris et attachés à la garde de leur prince, nous figurent admirablement les vrais Chrétiens appliqués à une milice toute sainte, et à garder, pour le dire ainsi, Jésus-Christ, soit dans eux-mêmes, s'ils sont seulement du nombre des simples

stremo. Defectus verò quatuor et vicenorum millium in obsequium et custodiam Davidis, cœpit regno Davidis incunte (vid. v. 7). Electi sunt autem quatuor et viginti viri fortissimi, inter copias Davidis inelyti, quibus singulis alter accedebat, ut eorum loco imperaret; electi sunt, inquam, in præfectos quatuor et vicenorum millium, ex Israele universo delectorum. Jesboam primæ cohortis præfectus, cæteris etiam reliquarum cohortium ductibus imperabat. Cohortes singulæ unico anni mense serviebant; quare ministerium illud unius mensis, minimi erat incommodum, nec prohibebat quia privatis rebus studebant, agros colerent, et alia reipublicæ onera subirent. Stabant autem perpetuò regi sub signis saltem quatuor et vicena millia, ad nutum parata, et brevissimi temporis spatio cogebat rex exercitum tricenorum millium delectissimorum atque instructissimorum (1), quibus strenui et expertissimi duces imperarent. Hæc autem citra incommodum reipublicæ, regis, et eorum, qui merebant. Ministerium illud honori erat ipsis et gloriæ: merebant illi quidem proprio sumptu, vel tributum; sed milita hæc, et vacatio à rebus suis unius tantummodò mensis, quanti esse oneris poterat integræ tribui, vel singulis etiam militibus? Nec ea viginti quatuor millia singulis mensibus unica tribus sufficiebat; vel saltem nusquam id exhibetur in hoc capite. Id enim grave esse po-

fidèles, soit dans les autres, s'ils sont élevés au rang des pasteurs et des autres saints ministres de l'Eglise. C'est un Dieu qui n'a pas besoin pour être gardé, du secours des hommes, lui qui est le Tout-Puissant. Mais en qualité d'Homme-Dieu, et de chef de son Eglise, il veut que ses membres faibles soient gardés par les plus forts: *Mandavit illis uticunque de proximo suo.* (Il a ordonné à chacun d'eux d'avoir soin de son prochain.) Ce ministère, auquel particulièrement les plus robustes sont appelés, demande une grande vigilance, pour empêcher que les lions rugissants qui tournent sans cesse, comme dit saint Pierre, autour des âmes encore faibles et des membres de Jésus-Christ, ne viennent à en dévorer quelqu'une. Ce que ces gardes du roi David faisaient seulement par intervalle, en se relevant les uns les autres, ceux du divin Fils de David le doivent faire sans relâche, étant toujours appliqués à un ministère d'où dépend leur propre salut et celui des autres. Mais néanmoins il est vrai de dire aussi qu'ils s'entraident et s'entraident mutuellement à porter ce fardeau que la charité de Jésus-Christ leur a imposé.

(Sacy.)

(1) Duodecim classes 24,000 hominum in singulas, conficiunt 288,000 hominum; additis 12,000 præfectis tercenties mille conflatur.

tuisset unicæ tribui, iis præsertim quibus neque vires neque numerus cæteris pares erant. Seligebantur ex universo Israele; singulæ autem manus cum duce suo nôrant qui sibi mensis assignaretur.

Duces appellantur hic *principes familiarum*. Hebræus ad litteram: *Capita patrum*, vel patriarcharum. Præfecti secundarii sunt *principes mille*, qui numero quatuor et viginti fuisse videntur; *principes centum* numerum implebant ducentorum et quadraginta. Denique *præfecti* erant vel *soterim*, quorum munera satis explorata non sunt. Septuaginta vertunt: *Γεγραμμέναις ἢ καταρροῦντες τῷ βασιλεῖ, scribæ ministrantes regi*. Præfecti erant facillè, qui scriptos copiarum census tenebant, et lustrabant exercitum.

VERS. 2. — JESBOAM; idem facillè ac Jesboam, inter fortissimos in exercitu Davidis milites. Sed difficultatis in eò re inest aliquid, quòd scilicet Jesboam appellatur filius *Hachamoni* in libris Regum et Paralipomenon, cùm Jesboam patrem habeat Zabdielem. Sed familiarissimum est, ut unius ejusdemque hominis plura sint nomina, et fortè etiam Zabdiel unus erat ex avis Jesbaami, cujus pater genuinus et naturalis Hachamoni reputandus sit. Primus locus, quem hic habet in censu virorum fortissimorum Davidis, nomen similitudo, et sociorum ejus plerique, qui non secus ac ille præerant cohorti quatuor et vicenorum millium, simul omnia eò nos ducunt, ut Jesboamum et Jesbaamum miscamus.

VERS. 4. — DUDIA AHOHITE, idem est utique ac Dodi, pater Eleazari Ahoithe, inter viros strenuos Davidis secundus, de quo in libris Regum (1) et in Paralipomenis.

ET POST SE ALTER, NOMINE MACELLOTH, QUI REGERAT PARTEM EXERCITUS. Hebræus: *Et Macelloth dux, et super divisione ejus, super cohortem suam*. Præerat Macelloth Dudia loco, cùm ille abesset.

VERS. 5. — BANAIAS FILIUS JOIADE SACERDOS. Discimus ex libris Regum, Banaiam virum fuisse et Calsoel, rerum gestarum gloriâ insignem. Nullibi legimus sacerdotem fuisse, vel originem retulisse sacerdotalem; unde suspicium nonnullis suborta est, Hebræum *Cohen* usurpandum esse pro viro à consiliis regi, vel præfecto è potissimis.

(1) 2 Reg. 23, 9: *Post hunc Eleazar filius patris ejus Ahoites*. Hebr.: *Filius Dodi Ahoites*. Vide et 1 Paral. 11, 12.

VERS. 7. — QUARTUS ASAHEL, FRATER JOAB, ET ZABADIAS FILIUS EJUS POST EUM. Hinc discimus, electionem hanc præcessisse regnum Davidis in universum Israelæ, cùm Asahel interfectus fuerit ab Abnero, quo tempore Isobeth adhuc in Mahanaim regnabat, 2 Reg. 11, 23. Credibile est tamen, cohortes hæc, vel manus custodum, ad certum viginti quatuor millium numerum definitas non fuisse, nisi cùm David regno gentis universæ potius est. Asahel successorem habuit Zabadiam filium suum: unus autem erat è viris fortissimis in exercitu Davidis, 2 Reg. 23, 24.

VERS. 8. — SAMATH JEZERITES. An idem est *Senna de Harodi*, ibid. v. 25, vel *Sammoth de Arori*, 1 Par. 11, 27? Ignotus est locus *Harodi*, vel *Arori*; sed notissimus est locus *Jezzer*, vel *Jazer*, trans Jordanem. Fortè *Harodi* nomen est sive patris, sive alienjus ex avis.

VERS. 9. — HIRA FILIUS ACCES THECUTES. Hujus nomen inter viros fortes exercitus Davidici numeratur, 2 Reg. 23, 26, 1 Par. 11, 28.

VERS. 10. — HELLES PHALONITES DE FILIIS EPINAIM. 2 Reg. 23, 26, appellatur *Heles de Phalti*.

VERS. 11. — SOBCHAI HUSATHITES DE STRIPE ZARAI, vel *Zare*, filii Thamaris et Juda. Nomen Sobchai legitur supra, 11, 29, inter viros strenuos Davidis, sed desideratur in Regibus; nisi fortè idem sit ac *Mobomai de Husati*, 2 Reg. 23, 27, viro fortissimo, qui gigantem *Saph* interfecit, ibid. 21, 18.

VERS. 12. — ADIEZER ANATHOTHITES DE FILIIS JEMINI, vel Benjaminita, 2 Reg. 23, 27.

VERS. 13. — MARAI NETOPHATHITES DE STRIPE ZARAI; aliter *Maharai*. Genus referebat è Zarâ, filio Juda; vir autem erat fortissimus in exercitu Davidis, in quem censum referendus est etiam Banaias Pharathonites, v. 14.

VERS. 14. — HOLDAI NETOPHATHITES DE STRIPE GOTHONIEL, *Othoniel*, cujus est nomen in historia judicum celebre. Holdai 2 Reg. 23, 29, 1 Par. 11, 50, appellatur *Heled filius Baane*.

VERS. 16. — PORRO TRIBUBUS PRÆERANT ISRAEL. Hi omnes, quorum exhibitus est census, viri erant principes singularum tribuum Israelis, quo tempore David censum universi populi sui meditabatur, infra, v. 22. Horum dignitas erat prerogativa quadam honoris et excellentiæ, quæ tribui solebat etati. Vicissim autem qui in versiculo præcedenti descripti sunt, deligebantur merito experientia et virtutis, quippe quorum munus virum

strenuum et expertissimum exigeret. Desiderantur in hoc censu principes tribuum Aser et Gad, vel deerant in tabulis, quas auctor hujus libri consulit, vel denique amanuensis exciderunt.

VERS. 18. — ELIU FRATER DAVID, idem factus est Eliab, frater Davidis natu major, 4 Reg. 16, 7.

VERS. 23. — NOLUIT AUTEM DAVID NUMERARE EOS A VIGINTI ANNIS INFERIUS, QUIA DIXERAT DOMINUS UT MULTIPLICARET ISRAEL QUASI STELLAS COELI. Si Israelum universum censendum David suscepisset, visus utique fuisset Deum tentare, quasi experimento discere voluisset, utrum Deus liberasset fidem suam, Israele ad numerum stellarum cœli multiplicato. Censum ex universo populo suscipiendum non censuit, sed id quod fieri non posset tentaturum noscens, ut populum innumerabilem ad numerum redigeret.

VERS. 24. — JOAB COEPERAT NUMERARE, SED COMPLEVIT. Vide quæ dicta sunt in 2 Reg. 24, 9, et 4 Paral. 21, 6.

NUMERUS EORUM QUI FUERANT REGENSIT, NON EST RELATUS IN FASTOS DAVID. Innotuit hic locus, Davidis jussu universum quidem Israelum recensitum fuisse; sed cum Joabus invitus imperio pareret, non integrum hunc censum regi exhibuit: quidquid autem retulit, servatum est in tabulariis, atque in fastis hujus principis descriptum. Quæ verò negata fuerunt regi, hæc retenta sunt ab iis qui cum censum curaverant. Ex abditis privatisque hæc tabulis dedit Esdras censum tribus Benjamiticæ, qui ad Davidem relatus non fuerat.

VERS. 25. — SUPER THESAURIS REGIS. Thesauri nomen Hebraicè usurpat pro gazâ ex auro, argento, gemmis, aliisque pretiosis collecta: valet etiam pro frumento, vino, oleo, aliisque ejus generis affatim comparatis. Posteriori hoc sensu accipitur nomen *thesauri* in sequentibus versibus 27, 28. Hic tamen nos retinendam censum familiarem nominis hujus significationem, ut sit collectio auri, argenti, metallorum, pretiosorumque lignorum, vestium, et aliorum ejus generis, quæ David Hierosolymis servabat.

HIS AUTEM THESAURIS, QUI ERANT IN URVIDIS, ET IN VICIS, ET IN TURBIDIS. Hebræus: *Et super thesauros in agro, in urtibus, et in villis, et in turribus.* Innotuit hæc, sermonem hic esse de frumento quod ex agrestibus fundis facilitè regi proveniebat: de frumento, inquam; inferiis enim exhibentur præfecti pro vino et

oleo dati. Aptissime autem hinc docemur quàm altè saperet David, quantique œconomiæ prudentiâ polleret, quàm denique felix eo principe esset imperium.

VERS. 26. — OPERI RUSTICO, ET AGRICOLIS, QUI EXERCERANT TERRAM. Ezri curabat agricolas, seu potius eos qui operas vectigales reddebant colendis agris, metendisque segetibus regis, 2 Reg. 8, 11. Paria reputanda sunt de vineis, de quibus v. 27. Persimiles præfectos habebant reges Orientis super regionum agrorum colonos (1). Socios Danielis præfeci Nabuchodonosor operibus agrestibus provincie Babylonis, Dan. 2, 49.

VERS. 27. — IN CELLIS VINARIIS. Hebræus: *Super ea quæ in vineis, in thesauros vini.* Servabatur olim vinum in cisternis quibusdam subterraneis, cemento probè oblitis; dein fundebatur in lagenas sedulo oblitis pice. De utroque more servandi vini facilitè hic agitur ab auctore libri. *Ea quæ in vineis*, indicant vinum in cisternâ; et *quæ in thesauro vini*, designare possunt vinum in cellaris conditum, in lagenis siccilibus probè clausis, et oblitis pice. Monstrantur hodiè quoque in Palestinâ magnifici operis cisternæ, quæ Salomonis fuisse feruntur. (Morizon, *Voyage de Jérusalem.*)

VERS. 29. — ARMENTIS QUÆ PASCERANTUR IN SARON. Saron vastissimi tractus regio erat trans Jordanem, cui montes Galaaditici imminebant, et laus est maxima ex fertilitate et pascuis eximias. Nota est etiam vallis Saron ad Mediterraneum. Vide meum Dictionarium Biblicum, verbo Saron.

ET SUPER OVES IN VALLIBUS, SAPHAT FILIUS ADLI. Situs harum vallium nobilibi traditur; innuitur tamen, Davidem greges habuisse boum, seu vaccarum in omnibus vallibus pascuis. Legi potest: *Filius Adli erat super oves, qui pascebantur in vallibus Saphat*, vel *Saphat* (2). Sed ratio scribendi utrumque nomen in Hebræo plurimum discrepat (3).

VERS. 30. — SUPER CAMELOS, UBIL ISMAELITES. Camelos tradidit rex curandos Arabi cuidam, vel Ismaelitæ, quod id generis jumenta, utpote in Arabiâ frequentissima, melius curarentur ab Ismaelitis. *Ubal* vel *Ubil* Arabicè est *camelorum curator* (4). Idem David oves suas

(1) Vide Xenoph. lib. 8 Cyroped. אֲרָמֵי תִּיִּרְיָאָר.

(2) Vide 2 Paralip. 14, 10: *In valle Saphat, quæ est juxta Mareza.*

(3) וּבֵלִים hic, et 2 Par. 14, 10, צִדְיָאָר.

(4) אֲבָלִים camelus, אֲבָלִים camelorum pastor. Bochart. de Anim. sacr. parte 1, lib. 2, cap. 2.

et capellas commisit Agareno cuidam, utpote quæ gens est pastorum arte excellens, nullamque aliâ occupata. Porrò tanta in rebus minimis sedulitas demonstrat quanti olim aestimaretur rectè instituta œconomiâ et gregum cura.

VERS. 32. — VIR PRUDENS ET LITTERATUS. Hebræus ad litteram: *Vir intelligens et scriba*, seu in rebus politicis doctus, et legum subtilissimus, juxta Junium, Tremellum et Grotium.

IPSE ET JAHEL CUM... FILIIS REGIS. Præceptores erant principum, filiorum Davidis.

VERS. 33. — ACHITOPHEL CONSILIARIUS REGIS. Ipse est Achitophel, vir nequissimus, qui turpiter deserto Davide, ad Absalom partes CAPUT XXVIII.

1. Convocavit igitur David omnes principes Israel, duces tribuum, et præpositos turmarum, qui ministrabant regi; tribunos quoque et centuriones, et qui præerant substantiæ et possessionibus regis, filiosque suos cum cunuchis, et potentes, et robustissimos quosque in exercitu Jerusalem.

2. Cùmque surrexisset rex, et stetitisset, ait: Audite me, fratres mei, et populus meus: Cogitavi ut ædificarem domum in quâ requiesceret arca fœderis Domini, et scabellum pedum Dei nostri, et ad ædificandum omnia preparavi.

3. Deus autem dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, cò quòd sis vir bellator, et sanguinem fuderis.

4. Sed elegit Dominus Deus Israel me de universâ domo patris mei, ut essem rex super Israel in sempiternum: de Juda enim elegit principes: porrò de domo Juda domum patris mei, et de filiis patris mei, placuit ei ut me eligeret regem super cunctum Israel.

5. Sed et de filiis meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israel.

6. Dixitque mihi: Salomon filius tuus ædificabit domum meam et atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, et ego ero ei in patrem.

7. Et firmabo regnum ejus usque in

transivit. *Chusai*, appellatus hic *amicus*, vel familiaris regis, gratissimam, quantam alium nunquam amico, regi operam præstitit, subvertens perniciosum illud consilium quod Achitophel Absalomo adversus patrem suggererat, 2 Reg. 16, 23, 17, 1 et seq.

VERS. 34. — POST ACHITOPHEL JOIADA... ABIATHAR. Secundus erat ab Achitophel, cuius erat summa laus in consiliis, ut sententiæ ejus perinde ac prolata à Numine oracula exciperentur (1); vel potius: *Joiada* et *Abiathar post illum*, nempe illi successerunt. (Vide Lyram et Marianam.)

(1) 2 Reg. 16, 23: *Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum.*

#### CHAPITRE XXVIII.

